

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Brief von Philipp Jakob Spener an Johann Wilhelm Petersen.

**Spener, Philipp Jakob**

**Frankfurt am Main, 26.02.1674**

---

### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-243079](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-243079)

4.

Gratiam et salutem a Comiteo.  
 Praeclarissime Domine, Fautor et amice  
 honoratissime.

Quo major tua in me est humanitas, quod ne  
 accepto quidem, ad priores superioris anni missas  
 responso, aliis tamen iterum me salutare non  
 dedignaris, eo magis, cum hoc cogito, erubescō  
 quod paria needum fecerim, neque semper facere  
 me posse provideam. Sed adis illam etiam  
 priori bonitatem, ut aliquid indulgeas officio, quo  
 fungor, meo, quod mihi indulgeri vix peterem,  
 neque difficilem se probeas silentii excusatio-  
 nes non plane nullas adferre valenti. Gratias  
 vero ego maximas affectui tuo in me adeo  
 constanti, et ex eo quod profluit, voto calidissi-  
 mo. Ille curas ipsa eunt redeuntque anni,  
 cum ipse sit extra tempus, aeternus, Dominusque  
 aeternitatis, que mihi precatus es, tibi etiam  
 omni vite tuae tempore feliciter evenire,  
 nullumque diem sine novo coelesti beneficio  
 transigi clementissime iubeat. Ita tibi sit  
 bene, ut ex te etiam multis bene sit, ad  
 quos Xp̄i bonarum tuarum fructus redunda-  
 bit, aliquando vero incipiat esse et pergat  
 aeternum optime! Quae de incluta Univer-  
 sitatis vestra statu narrabas, perceptu mihi  
 fuere gratissima. Velit DEVS cum semper esse  
 florentem multorum bono, et ut possit esse,  
 pacem auream oris hisce restituat: imo ut illam



sperare liceat, eam prius nobis indat mentem,  
 que priora peccata, quibus ipsius iram pro-  
 vocavimus, perosa dignos deinceps poeniten-  
 tia fructus edere sancto proposito decernat.  
 Ut nostra in civitate ad hoc incolarum animi  
 prepararentur Magnif. noster Magistratus no-  
 bis <sup>magis</sup> ~~magis~~ decrevit, singulis trimestribus unum  
 diem publicis poenitentia exercitiis, precibus  
 atque jeuniis consecrare. Cum ergo proximi  
 mensis sexta hac iterum dicta sit instituto, et  
 alioqui auditores ad meditationem annuam  
 passionis Dominicae sint parandi, textus illos  
 elegimus, ex quibus divina gratia ad populum  
 faceremus verba 1 Pet. 4, 1. 2. 3. Luc. 1, 71.  
 72. 73. 74. 75. Rom. 6, 6. Ipse in nobis hac  
 operetur Dominus, que necessaria sunt, ut nostra  
 ei sacrificia placere queant. Quod vero mon-  
 strum mihi narras Vageden? qui Harpurgi  
 orcum et diabolum reges. Quis se, si  
 quando vacabit, explicatius de illo scribere  
 nihil enim adhuc nisi tuo iudicio nobis de isto  
 constat. Novi ego non unum, eadem peste  
 afflatos, sed qui nondum ita insaniant, ut  
 proloquantur suas abominaciones. Dn. J.  
 Faustii et Dn. Rudrauffii contentiones de ar-  
 gumento, illa <sup>et</sup> ~~et~~ virorum Celeberr.  
 forte minus digno, aliquando finiri et  
 componi, cum alijs ipse etiam optarim.



6.  
Habemus foveas cum quibus conflictari necesse est  
affatim, cur domi quaerimus, cum quibus compo-  
ramur? Infontibus mundis nostris, e prolo, quod  
hactenus ~~desum~~ est, proditum speramus optimi  
Dr. Gramsci nostri a B. Dorches coeptum opus  
Bibliorum, ut vocant, numeratorum. Cuius  
editione multorum eruditorum studia adiutum  
iri non ambigo. Prodibit etiam itinerarium  
D. Steph. Gerlachii qui superiori saeculo cum  
illustri B. Vagnadis, Caesareo ad Ottomanni-  
cam aulam legato, Constantinopolin, profectus  
est, et quo litteratis cum primis usi sunt,  
diligentissime observavit. Ut adeo scri-  
ptum illud, quum fere omnia alia ejus  
generis plerumque ab illiteratis, adeoque,  
quo imprimis notata digna sint, ignoris,  
consignata apud doctos mayorem gratiam  
inituram speretur. Non pauca etiam ad  
historiam ejus temporis spectantia documen-  
ta publica, hactenus ~~avere~~ docta, in opere  
legentur. Inclusarum alteras Max. Rev.  
Dr. D. Hannegeis haud gravatim porrigi  
alterarum ~~vero~~ <sup>autem</sup> gratia in diebus Dr. L. Koenig  
~~—~~, utrum homo adhuc Giesse moretur,  
inquiri oro: si discesserit, neque satis tanta  
ocasio sis, hoc epistolium ei transmittendi  
mallem ad me, cum aliquando commoditas erit.

In excellenti et Clarissimo Viro, Domino Ferrini Guilielmo  
Peterson Philosophiae Magistro et c. Theologiae Archi-  
diaco Viro dignissimo Domino et Civitati meo honoratissimo  
Giesse.



illud redire. Ignosce vero amice confidentia,  
quod etiam opera tua, De te merendi habebis  
impos, uti non veras. Vale domino et eius  
gratia commissus. Scrib. Francof. 4 Kl.  
Mart. Anni 1674. Cariss. J. Viretuti studio  
Sissimus et ad preces alij officia obstricti Sings  
Salutem a Tepe Salvatore! P. J. Spen: A.

Præclarissime et præcellens Domine Magister,  
Amice honoratissime.

Quæ de M. Vagede mihi per scriptum cum stu-  
pore legi, adeo quicquid Christianæ pietatis  
est impium illum ejurasse <sup>videatur</sup> oportet. In memori-  
am autem mihi revocavit ea res impiorum et  
scandalosos sermones viri alioqui gente illustri,  
qui ante hos quinque annos hac in urbe et vi-  
cinitate cum multorum offensione exauditi sunt,  
quos etiam indulto Magistratui nostro detulimus,  
ut sua auctoritate caveret curaretque, ne  
Ecclesia detrimentum caperet. Quæ ex re  
deinceps nonnihil mihi periculi creatam fuit,  
quod tamen divina gratia et contemnere potui  
et superavi. Nisi vero tales forte <sup>relinquit</sup> im-  
pudentiores, multa cum insania prorumpunt,  
ita multo plures sunt, qui cum idem plane  
sentiant, nihil tamen ejusmodi effari audent,  
sed ut pii etiam habeantur abominations has  
intra penetrabilia pectoris levant, aut occasio-